



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De his qui sanctimoniales in matrimonium acceperint, vt separatis sine  
spe coniugij maneant. xxxi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

*De monachis & monachabus, qui se sacrilega contagione miscuerint. Cap. XXIX.*

*Ex epist. Syrici papæ, ca. 6.*

**I**mpudicas detestabilesq; personas, monachorum scilicet atque monacharum, quæ abiecto proposito castitatis, illicita ac sacrilega cōtagione se miscuerunt, & abruptum conscientiæ desperatione perducta, de illicitis complexibus liberè filios procreauerūt, à monasteriorum cœtu Ecclesiarumque cōuentibus eliminandas esse mandamus, quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione desētēs, purificatorio possint puritudinis igne decoqui, vt eis vel ad mortē saltem solæ misericordiæ intuitu per communionis gratiam potius subueniri.

*Vt non liceat Deo sacratis nuptialia iura contrahere. Caput XXX.*

*Ex cōcil. Chalced. cap. 16.*

**V**irginem quæ se Deo domino consecrauit, similiter monachum non licere nuptialia iura contrahere. Quod si hoc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem, decreuimus vt habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus, misericordiam, humanitatemque largiri.

*De his qui sanctimonialibus in matrimonium acceperint, vt separati sine spe coniugij maneat. Cap. XXX.*

*Ex epist. Pascuelis papæ, ca. 11.*

**H**igitur qui sanctimonialibus sceminis in matrimonio sunt ad iniuriā Christi copulati, iuxta cōsuetudinem Christiani zeli separentur, & nunquam eis concedatur iugali vinculo religari, sed in pœnitentiæ se lamentis vehementer, dum viuunt, afficiant.

*De virginibus quæ prauaricate sunt. Cap. XXXI.*

*Ex decr. Gelasii papæ, ca. 10.*

**V**irginibus sacris temerè se quosdam sociare cogimus, & post dicatum Deo propositum, incestuosa & sacrilegâque miscere. Quos protinus æquum est à cōmunionis detrudi: & nisi per publicâ probatam pœnitentiâ omnino non recipi, sed tamē his viaticum seculo transeuntibus, si dignè pœnituerint, non negari.

*Vt viduæ velum sibi imponere non debeant inconsulto episcopo suo, & ne presbyteri eis imponere præsumant, quod non licet. Cap. XXXIII.*

*Ex cōcil. Roma. cap. 9.*

**S**taturum est viduas non debere velare. Simul & statutum est, vt si quispiam presbyterorum deinceps